VESPUTIUS. DE ORA ANTARCTICA

ARGENTINE.

1505

GAUDEO

John Carter Brown.

VESPUTIUS, De ora Antarctica per regem Portugallie pridem inventa, 4to, *fine copy, in mor. extra, by Hayday, impression Argentine per Mathiam Hupfuff,* 1505

This edition of the first letter of Vesputius to Lamertio de Medicis is of the greatest rarity. It consists of six leaves, and is in black letter. There is a large wood cut on the title, the upper part of which represents the American savages, and the lower part the flee of Vesputius.

BOUND BY HAYDAY

Tunney No 7.

Sabin 99332

# De ora antarctica per regem Portugallie pridem inuenta.



Pl. 33. No. 60.

1505.

JOHN CARTER BROWN

¶ M. Ringmannus Phileſius. V.
Iacobo Bruno ſuo Achati. S. p. d.

Cecinit in Eneide Virgilius noſter/extra ſydera iacere tellurẽ extra anni ſoliſqȝ vias: vbi celifer atlas/axem hũero torquet ſtellis ardẽtibꝰ aptum. Quam rem ſi quis forte miratus fuit hactenus: deſinet cer/te identidem facere. vbi leget attentius que Albericus veſputius magni vir ingenij nec minoris experientie de populo Auſtrum verſus ſub Antarctico quaſi polo degente primus non falſo prodidit. Gentem eſſe ait(vt ex ipſo intelliges)nudã prorſus: et que ſuoꝝ hoſtium trucidatoꝝ. nõ ſolũ(vt Carmanni Indie ꝑl's)capita regi offert. ſed ipſis quidẽ interfectis inimicꝭ cupidiſſime ſolet veſci. Libellũ ipſum Alberici caſu nobis per oblatum pellegimus in tranſcurſu. et ſingl'a ferme ad Ptolomeum(cuius tabulas vt noſti non verſamus nunc indiligenter)comparauimꝰ. Subindeqȝ de inuenta nuper illa orbis ora breue quidem. ſed nõ minus coſmographicũ luſimus poematulum q̃ poeticum. Id tibi mi Iacobe tanqȝ alteri Egoni mittimus legendum vnacum libello: vt me tui non eſſe immemorẽ cognoſcas. Vale curſim Argentine ex ſcholis nr̃is kal. Auguſti Anno M. D. V.

¶ De terra ſub cardine Antarctico per regem Portugallie pridem inuenta. M. Ringmanni Phileſij Carmen.

Rura papyriferus qua irrorat pinguia Sirus
  Et faciunt Lune ſtagna profunda niues
Ad dextram montes ſunt. Ius/Danchis/quoq; Maſcha
  Illorum Ethiopes inferiora tenent
Aphrica conſurgit quibus e regionibus aura
  Afflans cum Lybico feruida regna notho
Ex alia populo Vulturnus parte calenti
  Indica veloci per freta calle venit
Subiacet hic aequo noctis Taprobana circo
  Baſſaq; Praſodo cernitur ipſa ſalo
Ethiopes extra terra eſt Baſſamq; marinam
  Non nota e tabulis o ptolomee tuis
Corniger Zenith cui fertur tropicus hirci
  Huic multe comes eſt eiaculator aque
At procul Antarcto tellus ſub cardine quedam eſt
  Tellus/quam recolit nuda caterua virum
Hanc/quem clara tenet nunc Portugallia regem:
  Inuenit miſſa per vada claſſe maris
Et quid? plura: ſitum gentis moreſq; reperte
  Iſte hic perparua mole libellus habet
Candide ſincero capias hunc pectore lector
  Et lege non naſo Rhinocerontis. Aue.

# Albericus veſputius Laurentio pe tri de medicis ſalutē ꝑlurimā dicit.

Superioribus diebꝰ ſatis ample tibi ſcripſi de
reditu meo ab nouis ill' regióibꝰ:q̄s et claſſe ⁊
impēſis.et mādato iſtiꝰ ſereniſſimi Portugal
lie regis ꝑquēſiuimꝰ ⁊ inuenimus quaſqꝫ no/
uum mundū appellare licet. Qñ apō maiores
noſtros nulla de ipſis fuerit habita cognitio.⁊
audientibꝰ oībus ſit nouiſſima res. Etenī hec
opinionē noſtroꝝ antiquoꝝ excedit:cum illo/
rū maior pars dicat vltra lineaꝫ equinoctialē
et verſus meridiē nō eſſe ꝯtinentē.ſꝫ mare tm̄ qd atlanticū vocauere
et ſiq̄ earū ꝯtinentē ibi eſſe affirmauerūt/eā eē terrā habitabilē m̄ltis
rōnibꝰ negauerūt. Sꝫ hanc eoꝝ opinionē eſſe falſam/et veritati oīno
cōtrariā hec mea vltima nauigatio declarauit:cū in partibꝰ illis me
ridianis ꝯtinentē inuenerim freq̄ntioribꝰ populis ⁊ animalibꝰ habi
tatam/q̄ꝫ noſtram Europam/ſeu Aſiam vel Africam. et inſuper ae
rem magis temperatū et amenum/q̄ꝫ in quauis alia religione a no/
bis cognita:prout inferius intelliges. vbi ſuccincte tantū rerum ca
pita ſcribemus.et res digniores annotatione et memoria/que a me
vel viſe vel audite in hoc nouo mundo fuere:vt infra patebit.

## Proſpero curſu q̄rtadecima men

ſis Maij Milleſimoquingenteſimoprimo receſſimus ab Olyſipp[o]
mandante p̄fato rege cū tribus nauibꝰ ad inq̄rendas nouas regio/
nes verſus auſtrū Viginti menſibꝰ ꝯtinenter ad meridiē nauigātes
abeundo terras ꝑluſtrando/et redeundo. Cuius nauigationis ordo
talis eſt. Nauigatio noſtra fuit ꝑ inſulas fortunatas ſic olim dictas
nunc aūt appellant̄ inſule magne Canarie/que ſunt in tertio clima
te:⁊ in confinibꝰ habitati occidentis. Inde ꝑ oceanū/totū littus afri/
cum:et partem ethiopici ꝑcurrimꝰ vſqꝫ ad promontoriū ethiopū/ſic
a Ptolomeo dictū:qd nunc a nr̄is appellat̄ Caput viride.⁊ ab ethio
picis Beſeghice. et regio illa Mandinga gradibꝰ.14.intra torridā
zonam a linea equinoctiali verſus ſeptemtrionē/q̄ a nigris gentibꝰ ⁊
popul' habitat̄. Ibi reſumptis viribꝰ/⁊ neceſſarijs noſtre nauigationi
extulimus anchoras.⁊ expādimꝰ vela ventis.et noſtꝝ iter ꝑ vaſtiſſi/
mū oceanū dirigentes v̄ſus Antarcticū parumper ꝑ occidentē infle/
ximus per ventum/qui Aphricus dicit̄. et a die q̄ receſſimus a dicto

ꝓmontorio duum mēnſiū:et trium dierū ſpacio nauigauimus an
teq̄ vlla terra nobis appareret. In ea aūt mariꝫ vaſtitate quid paſſi
fuerimus/q̄ naufragii pericula: ⁊ q̄ corꝑis incōmoda ſuſtinuerimus:
q̄bꝰq̄ anxietatibꝰ animi laborauimus. exiſtimatiōi coꝝ relinq̄. qui
multaꝝ rerū experientia optime norūt/q̄d ſit incerta q̄rere. et que an
ſi ſint ig̃rantes inueſtigare. ⁊ vt vno v̄bo vniuerſa ꝯſtringā ſcies qꝫ ex
diebꝰ ſexagintaſeptē quibꝰ nauigauim⁹ ꝯtinuos. quadragitaq̄tuor
habuimus cū pluuia/tonitruis ⁊ coruſcationibꝰ. ita obſcuros vt ne
q̄ ſolem in die: neq̄ ſerenū celum in nocte nūq̄ videremus. Quo fa
ctum eſt vt tātus in nobis inceſſerit timor: q̄ pene iam oēm vite ſpem
abieceram⁹ In his aūt tot tantiſq̄ ꝓcell' maris: ⁊ celi placuit altiſſio
nobis corā monſtrare ꝯtinentē. ⁊ nouas regiones/ignotūq̄ mūduꝫ
Quibꝰ viſis tanto perfuſi fuim⁹ gaudio/q̄ntū quiſq̄ cogitare poteſt.
ſolere his accidere. q̄ ex varijs calamitatibꝰ ⁊ aduerſa fortuna ſalutē
conſecuti ſunt. Die autem ſeptima Auguſti milleſimo quingēteſimo
in ipſaꝝ regionū littoribꝰ ſubmiſimus anchoras: grās agentes deo
noſtro ſolenni ſupplicatiōe. atq̄ vni⁹ miſſe cantu cū celebritate. Ibi
eam terrā cog̃uimus nō inſulā. ſed ꝯtinentē eſſe. quia ⁊ longiſſimis
ꝓducit littoribꝰ nō ambientibꝰ eam. ⁊ infinitiſ habitatoribꝰ repleta ē.
Nam in ea innūeras gentes ⁊ populos ⁊ oīm ſilueſtriū aīaliū gn̄a:
que in noſtris regionibꝰ reperiunt. Inuenim⁹ ⁊ multa alia a nobis
nunq̄ viſa/de quibꝰ ſingulis longū eſſet referre. Multa nobis dei cle/
mentia circūfulſit: q̄n illis regionibꝰ applicuim⁹. nam ligna defece/
rant ⁊ aqua. pauciſq̄ diebꝰ in mari vitam ꝑferre poteram⁹. Ipſi ho
nor ⁊ glīa ⁊ gratiarum actio.

# Conſilium cepimus nauigandi

ſcđm huius cōtinentis littus verſus orientē nunq̄ illius aſpectum
relicturi. Moxq̄ illud tamdiu ꝑcurrimus q̄ ꝑuenim⁹ ad vnū angu
lum: vbi littus verſurā faciebat ad meridiē. ⁊ ab eo loco vbi primuꝫ
terram attigim⁹ vſq̄ ad hūc angulū fuerūt circa trecente leuce in hu
ius nauigatiōis ſpacio plurics deſcendim⁹ in terrā/⁊ amicabilr̄ cū
ea gente ꝯuerſati fuim⁹/vt infra audies. Oblitus fuerā tibi ſcribere
q̄ a ꝓmontorio Capitis viridis vſq̄ ad ṗncipiū illi⁹ ꝯtinentiſ ſūt cir
ca ſeptingente leuce: q̄uis exiſtimē nos nauigaſſe pluſq̄ mille octin
gentas partim ig̃rantia locoꝝ ⁊ naucleri: ꝑtim tempeſtatibꝰ ⁊ ventiſ
impedientibꝰ noſtꝝ rectū iter/et impellentibꝰ ad freq̄ntes verſutias.
Q̄d ſi ad me ſocij animū non adieciſſent. cui nota erat coſmog̃phia
nullus erat nauclerus ſeu dux nauigatiōis. qui ad q̄ngentas leucas
noſceret vbi eſſemus. Eramus eñ vagi ⁊ errantes. ⁊ inſtrumēta tan
tūmodo altitudinū corpoꝝ celeſtiū nobis ad amuſſim veritatē oſten/
derunt ⁊ hi fuere. Quadrās et aſtrolabiū: vti oēs cognouere. Hinc

deinceps me multo ſunt honore pſecuti. Oſtendi em̄ eis qđ ſine co/
gnitiōe marie carte nauigādi diſciplina magꝫ calebam q̄ oēs Nau/
cleri totius orbis. Nam hi nullā hn̄t noticiā niſi eoꝝ locoꝝ q̄ ſepe na
uigauerūt. Ubi aūt dictus angulꝰ terre mōſtrauit nob verſurā litto
ris ad meridiē cōuenimꝰ illud ꝑter nauigare. ꝛ iuquirere q̇d in illis
regionibꝫ eſſet. Nauigauimꝰ aūt ſcđm littus circa ſexcentas leucas
et ſepe deſcendimus in terram: ꝛ colloquebamur ꝛ cōuerſabamur cū
earum regionū colonis/et ab eis fraterne recipiebamur. ꝛ ſecū q̄nqꝫ
morabamur q̇ndecim vel viginti dies cōtinuos amicabilr̄ et hoſp.
tabiliter. vt inferius intelliges. Noue iſtius ꝯtinentis pars eſt in tor
rida zona vltra lineam equinoctialē verſus polum Antarcticū. naꝫ
eius principiū incipit in octauo ḡdu vltra ipſaꝫ lineā eq̇noctialem/
Scđm huiꝰ littus tādiu nauigauimꝰ/ꝙ pretergreſſo capricorni tro/
pico inuenimꝰ polū Antarcticū cū illo eoꝝ orizonte altiorē quinq̄/
ginta ḡdibꝫ. Fuimuſqꝫ ꝓpe ipſiꝰ Antarctici circulū ad ḡdꝰ decē et ſe/
ptem ſemis. ꝛ q̇d ibi viderim ꝛ cogṅuerim de natura illaꝝ gētiū. deqꝫ
eaꝝ moribꝫ/et tractabilitate. de fertibilitate terre. de ſalubritate aeris
de diſpoſitiōe celi/corporibuſqꝫ celeſtibꝫ. ꝛ maxie de ſtellꝭ fixis octaue
ſphere nūq̄ꝫ a maioribꝫ nr̄is viſis: aut ꝯtractatis incepS narrabo.

# PRimum igitur quo ad gentes

Tantam in illis regionibꝫ gentis multitudinē inuenimꝰ.
quantā nemo dinūcrare poterat (vt legit̄ in Apocalipſi)
gentem deo mitē atqꝫ tractabilem. Omnes vtriuſqꝫ ſexus incedunt
nudi. nullā corpis partē operientes: ꝛ vti ex ventre mr̄is ꝓdeūt. ſic
vſqꝫ ad mortē vadūt. Corpora em̄ habēt magna q̄drata/bn̄ diſpoſita
ac ꝓportionata. ꝛ colore declinātia ad rubedinē. Qđ eis accidere pu
to. quia nudi incedētes tingant̄ a ſole. Habent ꝛ comā amplam ꝛ ni
gram. Sūt in inceſſu ꝛ ludis agiles ꝛ liberales. atqꝫ venuſta facie.
quā tamē ipſimet ſibi deſtruūt. Perforant em̄ ſibi genas ꝛ labra et
nares ꝛ aures. Neqꝫ credas foramia illa eſſe parua/aut ꝙ vnum tm̄
habeant. Uidi em̄ nōnullos hn̄tes in ſola facie ſeptē foramia. quoꝝ
quodlibet capax erat vniꝰ pruni. obturāt ſibi hec foramina cum pe/
tris ceruleis/marmoreis/criſtallinis/ꝛ ex alabaſtro pulcherrimis. et
cum oſſibꝫ candidiſſimis/ꝛ aliĳs rebus artificioſe elaboratis ſm̄ eoꝝ
vſus. Quod ſi videres rem tā inſolitā ꝛ monſtro ſimilē. hominē ſcꝫ
habentē in genis ſiue maxillis ſolum. et in labris ſeptem petras. qua
rum nōnulle ſunt longitudis palmi ſemis: nō ſine admiratiōe eſſes:
Sepe eteni conſideraui et iudicaui ſeptem tales petras eſſe ponderꝫ

vnciarum ſexdecim/preter quod in ſinglis auribꝫ trino foramine ꝑ/
foratis tenent alias petras pendentes in annulis. ⁊ hic mos ſolꝰ eſt
virorum. Nam mulieres nō ꝑforant ſibi faciem/ſed aures tm̄.

Alius mos eſt apud eos ſatis enormis/⁊ preter omnē humanam
crudelitatē. Nam mulieres eoꝝ cū ſint libidinoſe/faciūt intumeſcere
maritoꝝ inguina in tātā craſſitudinē, vt deformia videāt̃ ⁊ turpia:
et h̃ quodā eaꝝ artificio/et mordicatiōe q̄rundā animaliū venenoſo
rum. Et huius rei cauſa multi eoꝝ amittūt inguina que illis ob de/
fectum cure fraceſcunt/⁊ reſtant eunuchi. Non habent pannos neqꝫ
laneos/neqꝫ lineos/neqꝫ bombicinos. quia nec eis indigent. nec ha/
bent bona propria/ſed omnia cōmunia ſunt. viuunt ſimul ſine rege.
ſine imperio. et vnuſquiſqꝫ ſibiipſi dominus eſt. Tot vxores du/
cunt quot volunt. et filius coit cū matre/et frater cum ſorore. ⁊ ꝑmꝰ
cum prima. ⁊ obuius cū ſibi obuia. Quotiens volunt matrimonia
dirimunt. ⁊ in his nullū ſeruant ordinē. Preterea nullū habent tem/
plum/et nullā tenēt legem. /neqꝫ ſunt ydolatre. Quid vltra dicam? vi
uunt ſm̄ naturā. ⁊ epicuri potius dici poſſunt q̄ ſtoici. Non ſunt int̄
eos mercatores neqꝫ cōmertia rerū. Populi inter ſe bella gerūt ſine
arte/ſine ordine. Seniores ſuos quibuſdā contionibus iuuenes fle/
ctunt ad id qđ volunt/et ad bella incēdunt/in quibꝫ crudeliter ſe mu
tuo interficiunt. et q̄s ex bello captiuos ducunt nō eoꝝ vite ſed ſui
victus cauſa occidendos ſeruant. nam alii alios/et victores victos
comedūt. ⁊ int̄ carnes hūanas eſt eis cōmunis in cibis. Huiꝰ au
tem rei certior ſis. quia iam viſum eſt patrē comediſſe filios ⁊ vxorē
et ego hoīem noui quē ⁊ allocutus ſum/q̄ plus q̄ ex trecentis huma
nis corporibꝫ ediſſe vulgabat̃. Et item ſteti vigintiſeptem diebus in
vrbe q̄dam. vbi vidi per domos humanā carnē ſalſam/contignatio/
nibus ſuſpenſam. vti apud nos moris eſt lardū ſuſpendere ⁊ carnē
ſuillam. Plus dico. ipſi admirant̃ cur nos nō comedimꝰ inimicos
noſtros/⁊ eorū carne nō vtimur in cibis/quā dicunt eſſe ſaporoſiſſi/
mam. Eorum arma ſunt arcus et ſagitte. et quādo properant ad bel
la nullam (ſui tutandi gr̃a) corporis partē operiūt/adeo ſunt et in h̃
beſtiis ſimiles. Nos q̄ntū potuimus conati ſumus eis diſſuadere/⁊
ab his prauis moribꝫ dimouere. qui ⁊ ſe eos dimiſſuros nobꝭ ꝓmiſe/
runt. Mulieres (vt dixi) et ſi nude incedant ⁊ libidinoſiſſime ſint. ea
rum tamen corpa habent ſatis formoſa ⁊ munda. neqꝫ tam turpes
ſunt/q̄ntū quis forſan exiſtimare poſſet. quia (quoniā carnoſe ſunt)
minus apparet earum turpitudo. que ſcꝫ ꝑ maiori pte a bona corpo
rature qualitate operta eſt. Mirum nobꝭ viſum eſt ꝙ inter eas nulla
videbat̃ q̄ haberet vbera caduca. ⁊ q̄ parturierāt vteri forma ⁊ cōtra
ctura nihil diſtinguebant̃ a v̾ginibꝫ. et in reliq̄s corpoꝝ partibꝫ ſimi
lia videbant̃. que ꝓpter honeſtatē conſulto pretereo. Quando ſe ebri/

ſtianis iungere poterant: nimia libidie pulſe/omnē pudiciciā ꝯtami
nabāt. Viuūt annis centū quinq̄ginta/ꝛ raro egrotāt. ꝛ ſi quā aduer
ſam valitudinē incurrūt/ſeipos cum q̄buſdā herbaꝝ radicibꝫ ſanāt.
Hec ſūt q̄ notabiliora apō illos cognoui. Aer ibi valde tēperatꝰ ꝛ
bonus. et vt ex relatiōe illoꝝ cog̃ſcere potui. nūq̄ ibi peſtis aut egro
tatio aliqua/que a corrupto prodeat aere. ꝛ niſi morte violēta moriā
tur/longa vita viuūt. credo quia ibi ſemꝑ perflant venti auſtrales/ꝛ
maxime quē nos Eurum vocamus:/qui tal' eſt illis/q̄lis nobis eſt
aquilo. Sunt ſtudioſi piſcature: ꝛ illud mare piſcoſum eſt. ꝛ om̄i ge/
nere piſciū copioſum. Non ſunt piſcatores. puta quia cū ibi ſint mul
ta aīaliū ſilueſtriū gn̄a: et marie leonū ꝛ vrſoꝝ ꝛ innūerabiliū ſerpen
tum, aliarumq̄ horridarū/atq̄ deformiū beſtiaꝝ/ꝛ etiā cū ibi lōge:
lateq̄ pateant ſilue. et immēſe magnitudinis arbores: non audent
nudi/a tq̄ ſine tegminibꝫ: et armis tantis ſe diſcriminibꝫ exponere.

# Regionū illaruȝ terra valde fertil'

eſt et amena: multiſq̄ collibus ꝛ montibꝫ/ꝛ infinit̄ vallibꝫ/atq̄ maxi
mis fluminibꝫ abūdans. ꝛ ſalubribꝫ fontibꝫ irrigua. ꝛ latiſſimis ſiluis
et denſis vixq̄ penetrabilibꝫ omniq̄ feraꝝ gn̄e plenis copioſa. Arbo
res maxime ibi ſine cultore ꝓueniūt. Quaꝝ multe fructꝰ faciunt gu
ſtui delectabiles. et hūanis corꝑibꝫ vtiles. nōnulle ꝓ contra. ꝛ nulli
fructus ibi his nr̄is ſunt ſimiles. Gignunt̄ ꝛ ibi innūerabila genera
herbarū ꝛ radicū ex q̄bꝫ panē ꝯficiūt ꝛ optima pulmētaria. Habēt
et m̄lta ſemia his nr̄is oīno diſſiliā. Nulla ibi metalloꝝ gn̄a habent̄
preter auri: cuiꝰ regiones ille exuberant. licȝ nihil ex eo nobiſcū attu/
lerimꝰ in hac ꝑma nr̄a nauigatiōe. Id nob̄ notū fecere incole q̄ affir/
mabāt in mediterraneis magnā eē auricopiā. ꝛ nihil ab eis extima/
ri/vl' in ꝑcio haberi. Abūdāt margarit̄/vti alias tibi ſcripſi. Si ſin/
gula q̄ ibi ſunt cōmemorarer. et de numeroſis aīaliū generibꝫ coꝝq̄
multitudine ſcribere vellē/res eſſ̀ȝ oīno ꝑlixa ꝛ immēſa. Et certe cre/
do q̄ Plinius noſter milleſimā ꝑtem nō attigerit generꝰ pſitacoꝝ. reli
quarū auium/necnō ꝛ animaliū que in hiſdem regionibꝫ ſunt/cum
tanta facierū atq̄ coloꝝ diuerſitate. q̄d ꝯſumare picture artifex Po
licletus in pingendis illis deficeret. Omnes arbores ibi ſunt odora
te: et ſingule ex ſe gummū vel oleum vl' liquorē aliquē emittunt. Quo
rum ꝓprietates ſi nobis note eſſent nō dubito. q̄n hūanis corporibꝫ
ſaluti forent. Quarum ſitus (vt dixi) eſt ad meridiem in tanta aeris
temperie. q̄ ibi neq̄ hyems gelide neq̄ eſtates feruide vnq̄ habētur.
Celum et aera maxia parte anni ſerena ſūt. ꝛ craſſis vaporibꝫ inania.
Pluuie ibi minutim decidūt/ꝛ tribus vel q̄tuor horis durant/atq̄
adinſtar nimbi euaneſcūt. Celum ſpecioſiſſimis ſignis ꝛ figur̄ orna

tum eſt. in quo annotaui ſtellas circiter viginti tante claritatꝫ/quãte aliq̃n vidim⁹ Venerē et Iouem. Harū ꝛ motus ꝛ circuitiones conſideraui earūq; peripherias et diametros geometricis methodis di/menſus fui. eaſq; maiorꝫ magnitudis eſſe dep̄hendi. Vidi in eo celo tres canopos. duos quidē claros. tertiū obſcurū. Polus antartic⁹ nō eſt cū Urſa maiore ꝛ minore. vt hic noſter videt̃ articus. nec iux̃ eum ↄſpicit̃ aliq̃ clara ſtella. ꝛ ex his que circū eum breuiore circuitu ferunt̃ tres. ſunt hn̄tes Trigoni Orthogoni Schema. quarū dimi/dia peripherie diametr⁹/g̃dus habet nouem ſemis. Cum his orientibus a leua conſpicit̃ vnus Canopus albus eximie magnitudinis. que cum ad mediū celum ꝑueniunt hanc habent figuram.




Poſt has veniūt alie due/quaꝝ dimidia peripherie diametrus gradus habet duodeci n ſemis. et cū eis ↄſpicit̃ alius Canop⁹ albus. His ſuccedunt alie ſex ſtelle formoſiſſime ꝛ clariſſime int̃ omnes alias octaue ſphere/que in firmamenti ſuperficie dimidiam hn̄t peripherie diametrū graduū triginta duoꝝ cum his peruolat vnus canopus niger immenſe magnitudis cōſpiciunt̃ in via lactea. et huiuſmodi figuram habent quando ſunt in meridionali linea.




Multas alias ſtellas pulcherrimas cognoui. quarū motus di/ligenter annotaui. et pulcherrime in quodã meo libello gra/phice deſcripſi in hac mea nauigatiōe. Hunc aūt in p̄ſentiarū tenet hic Sereniſſim⁹ Rex/quē mihi reſtiturū ſpero. in illo emiſpherio vidi res philoſophoꝝ rōnibꝫ nō ↄſentientes. Iris alba circa mediā no/ctem his viſa eſt nō ſolum a me ſed etiā ab omibꝫ nautꝭ. Similr̃ pluries nouam lunam vidimus eo die quo ſoli coniūgebatur ſinigulis noctibus in illa celi parte diſcurrunt innumeri vapores et ardentes faces. Dixi pauloante in illo emiſpherio: quod tamē proprie loquen/do non eſt ad plenū hemiſpheriū in reſpectu noſtri, quia tamē acce/dit ad huiuſmodi formam ſic illud appellari licuit.

**Igitur vt dixi ab Olyſippo. vnde**
digreſſi ſumus. qđ ab linea equinoctiali diſtat ḡdibꝫ trigintanoue⁊
ſemis nauigauimus vltra lineā eq̄noctialē ꝑ q̄nq̄ginta ḡdus qui ſi
mul iuncti efficiūt gradꝰ circiter nonagīta:q̄ ſūma eā quartā partē
obtineat ſummi circuli ſm verā menſure rōnē ab antiq̄s nob̄ tradi/
tam. manifeſtū eſt nos nauigaſſe quartā mūdi partē. Et hac ratiōe
nos Olyſippum habitātes circa lineā equinoctialē gradu trigeſimo
nono ſemis in latitudine ſeptētrionali ſumꝰ ad illos qui ḡdu q̄ngen
teſimo habitāt vltrā eandē lineā in meridionali latitudie angulariť
gradꝰ q̄nqꝫ in linea trāſuerſali: et vt clariꝰ intelligas: Perpēdicular̄
linea/ quā dū recti ſtamꝰ a puncto celi imminēte vertici nr̄o depēdet
in caput noſtꝝ: illis depēdet in latꝰ ⁊ in coſtas. Quo fit vt nos ſimꝰ
in linea recta: ipſi vero in linea tranſuerſa. et ſpecies fiat trianguli or
thogoni. cuius vicem linee tenemꝰ cathete. ipſi aūt Baſis et hipote/
nuſa a nr̄o ad illoꝝ ꝓtendiť verticē: vt in figura patꝫ. Et hec de Coſ/
mographia dicta ſufficiant.

**Hec fuerūt notabiliora** que viderim in hac mea vltima nauiga/
tione quā appello diē tertiū. Nam alij duo dies fuerūt due alie naui
gatiōes q̄s ex mādato Sereniſſimi hiſpaniaꝝ Reḡ feci verſus occi
dentē. in q̄bꝫ ānotaui mirāda ab illo ſublimi oīm creatore deo nr̄o
ꝑfecta reꝝ notabiliū Diarium feci. vt ſi q̄n mihi ociū dabiť poſſim
omnia hec ſinglaria/ atqꝫ mirabilia colligere. et vel Geographie: vel
Coſmoḡphie librū ꝯſcribere: vt mei recordatio apđ poſteros viuat. ⁊
oīpotent̄ dei coḡſcať tā imēſum artificiū in ꝑte priſcis ignotū. nob̄
aūt cognitū. Oro itaqꝫ clemētiſſimū deum/ q̄ mihi dies vite ꝓroget:
vt cū ſua bona ḡra/ atqꝫ aīe ſalute huiꝰ mee volūtat̄ optimā diſpoſi/
tionē ꝑficere poſſim. Alios duos dies in ſanctuarijs meis ſeruo: ⁊ re
ſtituēte mihi hoc ſereniſſimo Rege diem tertiū patriā ⁊ quietē repe/
tere conabor. vbi ⁊ cū peritis ꝯferre: ⁊ ab amic̄ id opus ꝑficiendum
confortari/ et adiuuari valeam.

**A te veniā poſco** Si nō vltimā hanc meam nauiga
tionē ſeu potiꝰ vltimū diē tibi nō
tranſmiſi: vti poſtremis meis lr̄is tibi pollicitꝰ fuerā. Cauſam noſti
q̄m necdū ab h̄ ſereniſſimo rege Archatipū habere potui. Mecū co/
gito adhuc efficere q̄rtū diem/ ⁊ h̄ ꝑtracto: ⁊ iā mihi duaꝝ nauiū cū
ſuis armamētis ꝓmiſſio fcā eſt: vt ad ꝑq̄rendas nouas regiōes ꝓ plus
meridiē a latere orient̄ me accingā ꝑ ventū qui Africus đr. In quo
die multa cogito efficere in dei laudē. ⁊ huiꝰ regni vtilitatē ⁊ ſenectu
tis mee honorem. et nihil aliud expecto/ niſi huius ſereniſſimi Reḡ
conſenſum. Deus id ꝑmittat/ quod melius eſt. quid fiet intelliges

Ex Italica in Latinam linguã iocundus interpres hanc eplam vertit. vt latini omnes intelligant ꝙ multa miranda indies reperiant/et eorum cõprimatur audacia. qui Celum et maieſtatẽ ſcrutari: ⁊ plus ſape ꝙ liceat ſape volunt. qñ a tanto tempore quo mundus cepit ignota ſit vaſtitas terre. et que contineãtur in eo.

Laus Deo.




# Et ego Johãnes michaelis clericus

Wibergenſis dioceſ: publicus ſacra auctẽ Aplica notari⁹: pñs, ⁊ pſonaliter fui Rhome in palacio ſctiſſimi dñi noſtri Julij pape. ij. in ↄſiſtorio publico: Dum et qñ oratores regꝫ Portugallie fecerim prefato ſanctiſſimo dño Julio obedientiã. et inter cetera/de ⁊ ſup iſta terra/vt premittit/nouiter inuenta: quod pñti meo cyrogpho ꝓteſtor.

Impreſſum Argentine per Mathiam hupfuff. M. v^c. v.

H 505
V5812S
[F]